



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris  
Theologi Architectura Christiana**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniae Agrippinae, 1653**

Præloquium designans utilitates hujus tractatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)



# ARCHITECTVRÆ CHRISTIANÆ PARS V.

## PRÆLOQVIUM


*Designans utilitates huius tractatus.*

**A**NNVM hunc, quem haud ita pridem, feliciter, uti spero au-  
spicati estis, benè Vobis evenire, benè decurrere, bene ad finem  
perduci, ac terminari tandē opto, Auditores mihi precari: & si op-  
tatione mea, quod volo, consequi possim (sed id nō est potestatis hu-  
mane) nullus vobis illuxisset annus aequè faustus ac fortunatus, ac  
iste, quem cum bono auspicio inchoastis. Qui ut omnibus vobis, ut  
ut res cadat, domi fori, quæ sit per quàm felix, dabo singulis ex meo  
thesauro diu abscondito, & intacto, liberalissimè in Strenam  
nonnulla, quibus, si quilibet velut Instrumentis utantur, spondere  
non vereor, asseveratione certissima adiuncta, fore, ut sit ad felici-  
tatem, quam in hac vita potestis expectare, commodissima. Quo-  
nam sunt ista? dicitis ambabus ea amplectemur ulnis. Sponde-  
tam fidenter huius anni initio, sive Instrumenta, sive pignora fau-  
stitalis continuanda, in strenam? Equidem spondeo. nec utar ambabu-  
bus, ut exprimam & exponam. Sunt Instrumenta illius Artis,  
quam me tradere velle professus sum & nominatur ARS ÆDI-  
FICATORIA, seu ARCHITECTONICA CHRISTIANA:  
quæ simul sunt Suppellex Architecti Christiani, quæ vos de-  
natos imitam. O lauta & copiosa suppellex, quavis eburnea,  
argentea, aurea, gemmea preciosior!

ITA

INSTRUMENTA ARCHITECTONICA. 553

ITAQUE arripite & accipite à me, quæ liberaliter offero donoque, usui futura ad edificandum in vobis Donum Sapientie, Virtutum Palatium, Domiciliũ Divinitatis. Accipite, Regulam, Perpendicularum, Normam, Libellam, Amussim, Calamum, Lineam, Funiculum, Clavos, Malleum, Ciconiam, Tympanum, Trocleam, Trullam cæmentariam. Quæ omnia sunt Instrumenta Architectonica, ac Suppellectilem consueverunt Architecti. Singulorum verò, vel sub iisdem nominibus, vel sub geminis, fit mentio in litteris Divinis, cum agitur de edificando. Sed usum apud vos vel exiguum, vel nullum planè habebunt, nisi intelligatis per singulorum descriptiones, quid sint, quid in Disciplina Sacra, abdita, seu mystica Scientie nostræ, significant; denique, ad quid, cum de Domo Sapientie edificando agitur, adhiberi debeant. Hoc igitur pertractare incipiamus.



OPVS